



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**COLLATIO-||NVM SACRARVM|| LIBRI VIII.|| Tilmanni  
Bredenbachij S. Th. D.||**

**Bredenbach, Tilmann**

**Coloniae Agrippinae, 1592**

**VD16 B 7378**

8. Quomodo Valentis Imp. Ariani filium infirmum Basilius curauerit. Arianis verò postea eundem curare volentibus, idem mortuus sit.
- 

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65002](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65002)

RAR.  
 conditioni  
 que affur-  
 ero die ex-  
 fus ad con-  
 cupiditate,  
 Etia suz inf-  
 niuerla A.E.  
 B. Macarius  
 opulis gra-  
 inalle ridi-  
 uerat dem-  
 rexit. Hanc  
 minis uoc-  
 illius luma-  
 on paruan-  
 tione conce-  
 m mandi-  
 r: nisi post  
 ra motuo-  
 ribus in edi-  
 madens e-  
 m, humani-  
 uera defolla-  
 em suam in-  
 teur. Cum i-  
 B. Macarius  
 huc mecum  
 & adstante  
 ocans excla-  
 ni pend eius  
 fuerat

fuerant fraude subuersi, surrecturus fuisses, e-  
 bito. Tum ille confurgens annuentis voce  
 respondit. Quem interrogans Abbas Macari-  
 quidnam fuisset aliquando cum frueretur  
 ue vita, vel qua hominum fuisset etate, aut  
 nomen Christi tunc temporis cognouisset?  
 se sub antiquissimis regibus vixisse respon-  
 dente, Christique nomen asseruit illis se nec au-  
 lisse temporibus. Cui rursus Abbas Macari-  
 u. Dormi, inquit, in pace cum cæteris in tuo  
 ndine, à Christo in fine temporum suscitandus.  
 Hæc igitur eius virtus & gratia quantum  
 in ipso fuit, semper fortasse latuisset, nisi eum  
 necessitas totius prouincie periclitantis, & er-  
 CHRISTVM; plena deuotio amorque  
 uerius, istud exercere miraculum compulsi-  
 tu. Quod utique ut ab eo fieret, non ostenta-  
 gloria, sed charitas Christi, & totius plebis  
 erroris utilitas, ut beatum quoque Heliam  
 fuisse Regum lectio manifestat, qui ignem  
 de caelo super hostias impositas, purè idcirco  
 descendere postulauit, ut periclitantem Pseu-  
 prophetarum præstigijs fidem totius po-  
 puli liberaret.

*Amphilochius in vita D. Basilij Magni. (De hoc Am-  
 philochio vide Niceph. Callist. lib. II. cap. 20.) que  
 habetur in Laurent. Surio Calend. Ianuarij. Quo-  
 modo Valentis Imper. Ariani filium infirmum Ba-  
 silij curauerit, Ariani verò postea eundem curare  
 ualentibus, idem mortuus sit.*

**V**alens Imperator Arianis consentiens,  
 & Basilium Magnum à Catholica reli-  
 gione in suam sententiam pertrahere non va-  
 lens, Basilium in exiliū relegare statuit, quod  
 decretum literis mandare volens, tres cala-  
 mos frustrā collisit, nolentes eius iussioni in-  
 seruire. Tandem cum multis modis fidem Ba-  
 silij sollicitaret Imperator, nec quicquam pro-  
 ficere, furore ardens, cogitabat quā illum  
 morte afficeret. Et ecce filius eius Gallus  
 morbo corripitur, & à medicis vita eius de-  
 speratur. Mater autem Imperatori resists,  
 dixit: Malè disposuisti ea quæ à Deo sunt, &  
 ecce puer moritur propter illatam sacerdoti  
 Dei iniuriam. Quibus auditis, Valens aduocat  
 Basilium, eiq; dicit: Si verā sunt, Deoque gra-  
 ta dogmata tua, precibus tuis filij mei argu-  
 dinem depelle. Cui Basilus, Si amplexaris, in-  
 quit, Imperator orthodoxam fidem, & Eccle-  
 siæ restituitur vnitas & concordia, filius tuus  
 viuet. Imperatore id promittente, Basilus sine  
 mora pueri morbum releuauit. At prauæ sen-  
 tentiæ episcopi suam non ferentes ignominia,  
 si non victoria potirentur, persuaserunt Im-  
 peratori, ne de sua opinione decederet, sed op-  
 puerum sanatum iri. Sed continuo in illorū ma-  
 nibus puer spiritum reddidit. Vidit hæc De-  
 fensor, & postea ad Valentinianum Impera-  
 torem

orem retulit de Basilij virtutibus : quas ille admirans glorificabat Deum, per ipsum De- fensorem multam illi largiens pecuniam in usus egenorum . Basilius autem Imperatoris magna dona recipiens, exstruxit domos ho- spitales languentium, siue nosocomia, tum in urbe, tum in quaque prouincia præfecturæ, in refectionem ægrotorum : in iisque condidit grandem virorum, mulierum, puerorum mul- tudinem, curam illorum gerens, & tribuēs, quæ ad illos reficiendos pertinerent. His verò cognitis, Imperator multa cōtulit ad illorum sustentationem, Christi sacerdotem haud se- cus atque parentem colens.

*D. Gregorius Magnus libr. 3. Dialogor. cap. 29 De Episcopo quodam Ariano, qui cum Ecclesiam pe- teret quam suo errori dedicaret, negatamque illam sibi irrumperet vellet, cæcitate percussus est.*

## CAP. IX.

Cum ad Spoletanam urbem Longobar- dorum Episcopus, scilicet Arianus ve- nisset, & locum illic ubi solennia sua ageret non haberet, cœpit ab eius ciuitatis episcopo Ecclesiam petere, quam suo errori dedicaret. Quod cum valde Episcopus negaret, idē qui venerat Arianus B. Pauli Apostoli Ecclesiam illic cominus sitam se die altero violenter in- taturum esse professus est . Quod eiusdem Ecclesiæ custos audiens festinus, cucurrit.

G g 5 Eccle-